



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

78. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex eodem.*

LXXVI. Quicunque propria uxore dederis, vel absque lege sine causa & certa probatione interfacta, aliam duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat pœnitentiam; & si contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in custodiam mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur.

[*Vide Hincmar. to. I. pag. 390.*]

Lib. 5. Capitular. c. 149.  
Lib. 2. Leg.  
Longob. tit.  
13. c. 5.  
Burchard. lib.  
6. c. 37.

De pugna duorum, quod nostri campum appellant, quod pro imputato adulterio solet exerceri. *Ex epistola Nicolai Papæ ad Karolum Regem.*

LXXVII. Monomachiam verò in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus: quam licet iniisse quosdam legerimus, sicut sanctum David & Goliam sacra prodit historia, nusquam tamen ut pro lege teneatur, alicubi divina sancit auctoritas, cum hoc & hujuscemodi sectantes Deum solummodo tentare videantur.

Nicol. I.  
epist. 50.  
Burchard. lib.  
9. c. 51.

De eadem re. *Ex eadem epistola.*

LXXVIII. Verum, sicut multorum testium didicimus, Lotharius Rex conventum celebrare disponit, & Thetbigrām Reginam examini proprio & judicio subicere meditatur, & si quidem eam præstigiis falsitatis suæ potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam penitus à se sequestrare. Sin autem, vult eam tanquam propriam uxorem admittere, sed deinde quasi mœchata fue-

Burchard. lib.  
9. c. 50.